



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

1. Achilovs locum alienum transiens & casu aliquot in eo centenos florenos inueniens in terra[m] defossos retinere sibi hos omnes potest, si Dominus eorum sedulò inquisitus non compareat, cum non sit ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**



CENTVRIA II.  
 S E L E C T O R V M  
 CASVVM CONSCIEN TIÆ.  
 CASVS I.



*Chilous villam cuiusdam rustici in pago suo transiens ad-  
 vertit propè eam gallinas ve-  
 hementius pedibus raderet-  
 ram crocitanter, quod admi-  
 ratus accessit visum, quid ob-  
 iecti haberent, & conspexit involucrum promica-  
 re, quod mox erutum secum asportavit, & aliquot  
 centenos in eo florenos reperit servavitque. Post  
 aliquod verò tempus conscientia actus Parocho suo  
 rem narrat, scire volens, quid pecuniâ hæc faciat?  
 Queritur. Quid Parochus Achiloo dicat?*

Videtur ipsi indicandum, pecuniam hanc  
 esse thesaurum fortuitò in loco alieno inven-  
 tum, ac proinde mediâ illius partem Achilo-  
 um servare sibi posse: alteram verò partem  
 Domino fundi cedere, vt communiter docent  
 Authores apud Dianam P. 9. Tr. 5. Res. 3.

Respondetur. Achiloo dicendum, pecuni-  
 am hanc non esse thesaurum, sed bonum  
 quoddam *casu inventum*, ac proinde huius  
 Dominum diligenter inquire, eique restitui  
 debere, si reperiat; sin post sufficientem in-  
 quisi.



quisitionem non compareat, eam tanquam bonum derelictum seruare sibi posse, iuxta probabilem actutam sententiam, etsi melius fecerit, si illam pauperibus distribuerit, aut ad pias causas applicuerit, vt in priore centuria casu LXVIII. dictū. Cæterum thesaurus *L. Nunquã. ff. de acquirendo rerū dominio* definitur: *vetus quædam depositio pecuniæ, cuius memoria non extat, vt iam dominum non habeat; quod autem prædicta pecunia non sit talis thesaurus. Probat. Tum quia non est vetus depositio, vt patet ex formâ pecuniæ, quæ recentis est memoriæ, ideoque argumentum depositionis non veteris iuxta L. Authore ff. de rei vendicat. & alia iura. Tum quia non est depositio, in profundiorē scilicet terræ partem, aut locum ab oculis humanis remotiorē iuxta naturam thesauri, sed absconditio intra fere superficiem terræ. Tum quia non est depositio in crastinum cum intentione ita sibi in futurum providēdi, quod ad thesaurum requiri, innuit Less. L. 2. de Iust, c. 5. n. 57. ex Covarr. & Alciato, sed repentina occultatio ex metu præsentis periculi eam perdendi. Tum denique quia pecunia inventa non præsumitur esse thesaurus, antequam constet de requisitis ad eum constituendum. Baldus in L. 1. post princ. ff. de rerum diuisione. de quibus requisitis in nostro casu minimè constare, abunde ex dictis habetur. Atque sic etiam patet ad fundamentum opinionis contrariæ.*

II. Ado